Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

lxxvi Ca. xxiii sed proicietis canibus. Non suscipies uocem mendacii.
nec iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimo
C lxxvii nium. Non sequeris turbam ad faciendum malum. nec in iu
dicio plurimorum adquiesces sententie ut a uero deui
C lxxviii es. Pauperis quoque misereberis in negotio. C lxxviii Si occur
reris boui inimici tui aut asino erranti. reduc
ad eum. Si uideris asinum odientis te iacere sub one
re non pertransibis. sed subleuabis cum eo. Non declina
bis in iudicio pauperis. C lxxx Mendacium fugies. C lxxxi Innocen
tem et iustum non occides. quia auersor impium. C lxxxii Nec
accipies munera que excecant etiam prudentes. et
subuertunt uerba iustorum. Peregrino molestus
non eris; scitis enim aduenarum animas. quia et ipsi pe
C lxxxiii regrini fuistis in terra egypti. Sex annis seminabis
terram tuam et congregabis fruges eius. anno autem septi
mo dimittes eam et requiescere facies. ut comedant
pauperes populi tui. et quicquid reliquum fuerit e
dent bestie agri. Ita facies in uinea. et in oliueto
C lxxxiiii tuo. Sex diebus operaberis septima die cessabis. ut
requiescat bos et asinus tuus. et refrigeretur filius
C lxxxv ancille tue et aduena. Omnia que dixi uobis custodi
te. et per nomen externorum deorum non iurabitis. neque au
C lxxxvi dietur ex ore uestro. Tribus uicibus per singulos annos mihi festa cele
C lxxxvii brabitis; sollempnitatem azimorum custodies. Septem
diebus comedes azima. sicut precepi tibi tempore mensis
nouarum. quando egressus es de egypto. C lxxxviii Non appa
rebis in conspectu meo uacuus. et sollempnitatem messis pri
mitiuorum operis tui quecumque seueris in agro. sollemp
nitatem quoque in exitu anni. quando congregaueris
C lxxxviiii omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit